

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes**

**Hagenoae, 1519**

Petrus Bonomus terfestinus imperialis secretarius Ioanni Reuchlin  
Phorcensi

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

IO. REUCHLIN LIBER PRIMVS

Petrus Bonomus Tergestinus imperialis Secretarius Ioanni Reuchlin Phorcenfi.

**S**alvus sis mi Ioannes. Scripsi iam decies Bernardo nostro, itidēq; & Fuchsmagus noster fecit, ut optatos illos libros quos tan tope quaesiuisti ad nos mitteret, quo tibi ubi uelles p̄sto essent. Nihil uir ipse uel q̄ nimiū fortasse uxorius uel qd̄ honestius te credere uelim magnis ac arduis rebus implicitus haecenus rescripsit, Quapropter demū iā hoīem mordicū literis meis infecutus sum; excitabitq; ut spero stimulus, qui blandiciis non potuit. Tu interea perfer moram, habes em̄ paruum istū tuum libellū qui consolari te potest dum altero cares. Affereſ omnino & antiquus si Bernardus non dormiat, & cū ad me puenerit, tibi seruabitur illaſus, Iacobus tuus Loans an adhuc Viennae uiuat ignorās sum. Erat tū paucis ante diebus illic, ubi eū reliquisti. Tu vale & me ama, parcaſq; si & raprim & pauca ad te scripsi. Nuncius em̄ iam itineri succinctus me adiit & petiuit literas, arrepto quas tumultuarie calamo ad te dedi. Ex Iyntz Die secunda Martii. Anno. M. CCCC. LXXXII.

Petrus Bonomus Regius Secretarius Ioanni Reuchlin Phorcenfi.

**S**alvus sis uir clarissime. Accepi nudius tertius tuas literas, q̄ & si calamitatis quandā faciē p̄ se ferebant, fuerunt tū mihi iucundissima, utpote ab amicissimo hoīe & doctissimo uiro p̄fecta, tua em̄ scripta attico illo melle cōdita, q̄liacunq; tēporum conditio offerat, exhilarant animū. Doleo p̄fecto mi Reuchlin principis tui intempestiuū obitū, tum ob caetera multa quae in eo cōmoda nostri temporis fuerant, tū tui potissimū causa, Sed nec locus est hic fatum hoc deplorandi, nec si esset, rudis haec Minerua nostra satisfacere desyderio tuo posset, Acquiesce ergo tu qui uerus es stoicus, quiq; alios consolari optime nosti huic rerum turbationi qualis in dies uiuentibus ingruit, nec te ideo torqueas aut maceres, Est enim communis haec omnium uaria fors. Ego tibi quantum & uires meae ac amicorum poterūt satisfacere curabo, si clarius quid petas intellexero, Sum enim adhuc dubius an aulicus fieri uelis regius, an literas tantū quas protectionis & familiaritatis appellat ex optes. Scribe igit̄ ad me q̄primū, & interea reb⁹ aduersis animosus atq; fortis appare, & æquam memento rebus in arduis seruare men